

P: Pax Domini sit semper vobiscum.
C: Et cum spiritu tuo.

P: Offerte vobis pacem.
C: Pax tecum

The choir then sing:

C: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beatis qui ad cenam Agni vocati sunt.

C: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

The Communion now follows while the Choir sings

The Communion Prayer

In salutari tuo anima mea, et in verbum tuum speravi: quando facies de persequentibus me iudicium? Iniqui persecuti sunt me, adiuva me, Domine Deus meus.

I yearn for your saving help: I hope in your word. When will you judge my foes? Help me when lies oppress me, O Lord my God

(The Choir then sings
O Sacrum Convivium by
Francisco Guerrero) [1528-99]

The Postcommunion Prayer

Concede nobis, omnipotens Deus, ut de perceptis sacramentis inebriemur atque pascamur, quatenus in id quod sumimus transeamus.

Almighty God, let the eucharist we share fill us with your life. May the love of Christ which we celebrate here touch our lives and lead us to you


P: per Christum Dominum nostrum.
C: Amen

P: Dominus vobiscum.
C: Et cum spiritu tuo.

P: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater ✠ et Filius ✠, et Spiritus ✠ Sanctus
C: Amen.

P: Ite, missa est.
C: Deo gratias

Recessional Marian Antiphon



SALVE REGINA Mater Misericordiae, vita dulcedo, et spes nostra salve; ad te clamamus, exsules filii Hevae, Ad te suspiramus, gementes et flentes, in hac lacrimarum valle. Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsiliium ostende. O clemens: O pia: O dulcis Virgo Maria



ST MARY'S, CADOGAN STREET, SW3

1130 LATIN MASS

Sunday 3rd October 2010: 27th Sunday of the Year
Missa Brevis (Palestrina); Ave Maria (Gombert); O Sacrum Convivium (Guerrero)



The Introit

In voluntate tua, Domine, universa sunt posita, et non est qui possit resistere voluntati tuae: tu enim fecisti omnia, caelum et terram, et universa quae caeli ambitu continentur: Dominus universorum tu es. **Ps.** Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini

O Lord, you have given everything its place in the world and no one can make it otherwise. For it is your creation, the heavens and the earth and the stars: you are the Lord of all.
Ps. They are happy whose life is blameless, who follow God's law

P: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti
C: Amen

P: Dominus Vobiscum
C: Et cum spiritu tuo

The Rite of Blessing & Sprinkling of Water

P: Asperges me,...

C: Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et supernivem dealbabor. mundabor: lavabis me, et supernivem dealbabor. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto, sicut erat in principio et nunc et semper, et in saeculum saeculorum. Amen *Repeat* Asperges ...

P: Deus omnipotens, nos a peccatis purificet, et per huius Eucharistiae celebrationem dignos nos reddat, qui mensae regni sui participes efficiamur
C: Amen

P: GLORIA IN EXCELSIS DEO

Then, please sit while the Choir sings

Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. **Laudamus te** Benedicimus te. **Adoramus te.** Glorificamus te. **Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.**

Domine Deus, Rex coelestis. Deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite, Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus Altissimus, Iesu Christe.

Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris.
Amen.

The Collect

Omnipotens sempiternae Deus, qui abundantia pietatis tuae et merita supplicum excedis et vota, effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas quae conscientia metuit, et adicias quod oratio non praesumit.

Father, your love for us surpasses all our hopes and desires. Forgive our failings, keep us in your peace and lead us in the way of salvation

P: per Christum Dominum nostrum.
C: Amen

The First Reading

A READING FROM THE PROPHET HABAKKUK

How long, Lord, am I to cry for help while you will not listen; to cry Oppression! in your ear and you will not save?

Why do you set injustice before me, why do you look on where there is tyranny? Outrage and violence, this is all I see, all is contention, and discord flourishes. Then the Lord answered and said, Write the vision down, inscribe it on tablets to be easily read, since this vision is for its own time only: eager for its own fulfilment, it does not deceive: if it comes slowly, wait, for come it will, without fail.

See how he flags, he whose soul is not at rights, but the upright man will live by his faithfulness.

P: Verbum Domini **C:** Deo Gratias

The Gradual

Domine, refugium factus es nobis, a generatione et progenie. **V.** Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis: a saeculo et in saeculum tu es Deus.

O Lord, you have been our refuge from one generation to the next. V. Before the mountains were born or the earth or the world brought forth, you are God, without beginning or end

The Second Reading

FROM THE 2ND LETTER OF ST PAUL TO TIMOTHY

I am reminding you to fan into a flame the gift that God gave you when I laid my hands on you. God's gift was not a spirit of timidity, but the Spirit of power, and love, and self-control. So you are never to be ashamed of witnessing to the Lord, or ashamed of me for being his prisoner; but with me, bear the hardships for the sake of the Good News, relying on the power of God.

Keep as your pattern the sound teaching you have heard from me, in the faith and love that are in Christ Jesus. You have been trusted to look after something precious; guard it with the help of the Holy Spirit who lives in us.

P: Verbum Domini **C:** Deo Gratias

Alleluia. In exitu Israel ex Aegypto, domus Iacob de populo barbaro Alleluia.

When Israel came forth from Egypt, Jacob's sons from an alien people

The Gospel

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

C: Gloria tibi Domine

The apostles said to the Lord, 'Increase our faith.' The Lord replied, 'Were your faith the size of a mustard seed you could say to this mulberry tree, "Be uprooted and planted in the sea", and it would obey you.

"Which of you, with a servant ploughing or minding sheep, would say to him when he returned from the fields, "Come and have your meal immediately"? Would he not be more likely to say, "Get my supper laid; make yourself tidy and wait on me while I eat and drink. You can eat and drink yourself afterwards"? Must he be grateful to the servant for doing what he was told? So with you: when you have done all you have been told to do, say, "We are merely servants: we have done no more than our duty."

P: Verbum Domini

C: Laus tibi Christe

The Sermon

P: CREDO IN UNUM DEUM

Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium.

Et in unum dominum, Iesum Christum, Filium Dei unigenitum

Et ex patre natum ante omnia saecula.

Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.

Genitum non factum, con-substantialem Patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine:

(bow) **ET HOMO FACTUS EST.**

Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus et sepultus est.

Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit.

Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas

Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum.

Et vitam venturi saeculi. Amen.

Bidding Prayers

The choir sings **Ave Maria** by Nicholas Gombert [1495-1560] while the Priest prepares the Gifts and incenses the Altar *(then)*

P: Orate Fratres ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

C: **Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suae sanctae**

The Prayer over the Gifts

Suscipe, quaesumus, Domine, sacrificia tuis instituta praecipis, et sacris mysteriis, quae debita servitutis celebramus officio, sanctificationem tuae nobis redemptionis dignanter adimple.

Father, receive these gifts which Our Lord Jesus Christ has asked us to offer in his memory. May our obedient service bring us to the fullness of your redemption

P: per omnia saecula saeculorum

C: Amen

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sursum Corda

C: **Habemus ad Dominum**

P: Gratias agamus Domino Deo nostro

C: **Dignum et iustum est**

The Preface of Ordinary Time I

(the priest may choose an alternative)

Vere dignum et iustum est aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus: per Christum Dominum nostrum.

Cuius hoc mirificum fuit opus per paschale mysterium, ut de peccato et mortis iugo ad hanc gloriam vocaremur, qua nunc genus electum, regale sacerdotium, gens sancta et acquisitionis populus diceremur, et tuas annuntiaemus ubique virtutes, qui nos de tenebris ad tuum admirabile lumen vocasti.

Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

The choir then sing :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Canon of the Mass II

(the priest may choose an alternative)

Vere sanctus es, Domine, fons omnis sanctitatis. Haec ergo dona, quaesumus, Spiritus tui rore sanctifica, ut nobis Corpus et Sanguis fiant Domini nostri Iesu Christi. Qui cum Passioni voluntarie traderetur, accepit panem et gratias agens fregit, deditque discipulis suis dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR. $\Delta\Delta\Delta$

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et calicem, iterum gratias agens dedit discipulis dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. $\Delta\Delta\Delta$

P: Mysterium Fidei.

Mortem tu-am annunti-amus, Dó-mi-ne, et tu-am re-sur-recti-ónem confi-témur, do-nec vé-ni-as.

Memores et igitur mortis et resurrectionis eius, tibi, Domine,

panem vitae et calicem salutis offerimus, gratias agentes quia nos dignos habuisti astare coram te et tibi ministrare.

Et supplices deprecamur ut Corporis et Sanguinis Christi participes a Spiritu Sancto congregamur in unum. Recordare, Domine, Ecclesiae tuae toto orbe diffusae, ut eam in caritate perficias una cum Papo nostro Benedicto et Episcopo nostro Vincent et universo clero.

Memento etiam fratrum nostrorum, qui in spe resurrectionis dormierunt, omniumque in tua miseratione defunctorum et eos in lumen vultus tui admitte. Omnium nostrum, quaesumus, miserere, ut cum beata Dei Genetrice Virgine Maria beatissimis Apostolis et omnibus Sanctis, qui tibi a saeculo placuerunt, aeternae vitae mereamur esse consortes, et te laudemus et glorificemus per Filium tuum Iesum Christum

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum. **C:** Amen.

P: Praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere:

Pa-ter noster, qui es in cae-lis: sancti-fi-cé-tur no-men tu-um; advé-ni-at regnum tu-um; fi-at vo-lúntas tu-a, sic-ut in cae-lo, et in terra. Panem nostrum co-ti-di-á-num da no-bis hó-di-e; et dimitte no-bis dé-bi-ta nostra, sic-ut et nos dimít-timus de-bi-tó-ri-bus nostris; et ne nos indú-cas in tenta-ti-ó-nem; sed lí-be-ra nos a ma-lo.

P: Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: exspectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

C: **Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria in saecula.**

P: Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis; Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. **C:** Amen.